ctiones sustinuit. Nam videtur quia taliter dixerit ipse rusticus. Syg das wort das maria eyn kindt gebar etc. ac si diceret: iuxta quorundam opiniones. ego dubito quod virgo genuerit. sed si est verum. fiat signum: prout dyabolus dixit ad christum. si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Sed aliter doctores exponunt hanc dictionem si. in pluribus orationibus: vt hic Si deus est animus vt nobis carmia dicunt. et ibidem hec dictio si: ponitur pro quia. et erit bonus et catholicus sensus. quia iste Catho fuit homo christianissimus. Sic similiter scribitur Ezech. xx. vbi dicitur. si iudicas eos. et exponitur: quia ad te domine pertinet iudicare. Sic in ps. lviij. Si vere vtique iusticiam loquimini recte iudicate filij hominum. et hic similiter ponitur pro quia. ac si diceret. quia vos filij hominum etc. Vel si quis dixerit. si in inferno nulla est redemptio. O quam terribilis est illius recordatio. et hec omnia premissa nihilominus firmiter credit. sed pro certo scire non poterit. Unde videtur quod ille rusticus qui taliter in simplicitatis sue eloquio vsus est talis exorcismi simplicis oraculo: a suis senioribus sepe probato. non peccauerit vt dicendo: quia firmiter credo verum esse quod Maria virgo peperit etc. et sic se et paruulos suos de tanto damno liberauit. et si bene perpendo tunc hec verba sumpta sunt de sancto euangelio Luce capitulo primo. quod dicit christum natum de gloriosissima virgine Maria. Sed ad huius questionis sinceriorem determinationem vlterius procedamus. nam non dubitamus quin inter plebeorum similiter et vulgarium tumultus sint infinite carminum seu carminantium: necnon exorcismorum benedictiones et valedictiones. inter quas putamus plures fore multum superstitiosas. et etiam aliquas beneualentes de quibus mentionem facit frater Johannes in summa titu: de sortilegijs per certas questiones. et reperimus per ipsum et suas opiniones multum fore efficaces. et non omnes inanes. sed generaliter sine discretionis et distinctionis calculo simpliciter omnes prohibendo. prout facit quidam doctor de superstitionibus in certo tractatulo superficialiter. prout gallus per prunas loquendo non examinando singulorum formas aut verborum virtutes ponderando. qui reuera multis sinceris hominibus nocet iniuriando. sicut ille qui generaliter sine qualificatione dicit omnibus debitoribus nostris dimittendum. hoc est iniurias et damna et molestias pertinaciter inferentibus fore simpliciter et de plano parcendum. iuxta orationis dominice decretum. hic mentitur: quia alias iniuriam passo salubrius datur remedium ne damnificator de sua malicia tanto leuius reportet commodum. prout doctores theologice veritatis et canonici iurisscribunt virtutis salutaris remedium. et presertim inter alios eximius ille Guilh. durandi qui composuit iuris speculum et librum qui dicitur Rationale diuinorum. et ibidem de officio misse et in orationis dominice clara declaratione. et ibidem vel alibi poteris videre. Sic similiter de vsuris generalem faciens prohibitionis detestationem: errat cum in multis casibus vsurarum contractus videatur permissus. vt videtur per Hostien. et Goffr. eodem ti. in suis summarum collationibus. Item qui dicunt indifferenter omnes demonum inuocatores ac ipsorum ministerio fungentes fore criminalis peccati damnabiles. hi errant corde non considerantes quod sanctus Theodorus Sedunen. episcopus vnam magnam campanam sibi per summum pontificem. vicz Leonem papam liberaliter donatam de vrbe Romana vsque ad Sedunen. ecclesie loca portari fecerat simpliciter per demoniorum obsequia. et quare non sic viri catholici proficerent vt ipsis obedirent demonia. nam et exorciste restringunt dyabolos vt exeant corpora possessa. Sic ad propositum superstitionis excessum tam generaliter et indifferenter predicans sub pena mortalis peccati fore detestandum et nimium curiosus virtutem vocabuli non perscrutando. prout per sanctum Tho. et alios doctores videtur subtiliter diffinitum se cum superstitionis persecutione damnat in infernum.

Ad quintam qua notat an ꝓpter rigmos carminis vl' versificatiōis carminationes sint detestande. videt dicendū ꝙ ꝛ si sint plures audenter ꝑdicantes exorcismoꝝ rigmos vel metrorū exametroꝝ vel pentametroꝝ aut liricoꝝ al's odaꝝ vsus fore detestandos: tales minime ꝑpendunt ꝙ sancta eccl'ia in hymnoꝝ ꝛ canticoꝝ dictaminibꝫ frequenter recipit huiusmodi dictaminū modos. vt in primo hymno Conditor alme sideꝝ ꝛc. vsqꝫ in finē. et quasi ꝑ omēs hymnos est certoꝝ pedū passuū ꝛ sillabaꝝ determinatꝰ numerus. ꝛ ꝑ octo sillabas nobiliū ꝛ rusticoꝝ vident curizandi: tatari passus. vnde general'r omīa carmina metrice vl' rigmatice dictata leuiꝰ memoriter mētibꝫ hūanis vident incorꝑata. sed prosa simplex ꝛ priuata scꝑtura tardiꝰ cōcernitur repetenda.

Ad sextam questionē qua cauetur an ꝓpter aliquos gestus: ritus et mores carminantiū actus ipsorum sit detestandus. quia quidā in suoꝝ carminū ꝓlationibꝫ habent diuersos et aduersas moꝝ tactuū ꝛ gestoꝝ ritus ꝛ apparatꝰ. Dico ꝙ xp̄us illuminando cecū a natiuitate nō simpl'r verbo ꝓcessit ꝓut cū alijs infirmoꝝ corporibꝫ. nam loca oculoꝝ tetigit: lutum de terra ꝛ sputo ꝯfecit: ꝛ ꝯñter ip̄m liniuit: ꝛ postea ad natatoria syloe trāsmisit. ꝛ vt se lauaret ꝑtinēter cōmisit. quibꝫ omnibꝫ ꝑfectis cecus illuminatus fuit. sed dū leprosum sanauit: simpl'r imꝑando dixit: mūdare. et hic tal'r sanatꝰ recessit. Item scūs Marcꝰ euangelista sanando sutorē in manu sinistra lesum: expuens in terrā ꝛ de sputo ꝛ terra faciēs cōpagationē: vnxit manū sutoris lesam in noīe dñi Iesu xp̄i cū cruc's signo ꝛ ip̄m sanauit. Et scūs Hiero. ꝑdictꝰ sil'r ꝑ signū crucis ꝛ in nomine crucifixi leonis pedē restaurauit. Item ꝓpha Helizeus sanādo pueꝝ vidue sarepte: mirabiles fecit ritus apparatus ꝛ gestꝰ anteqꝫ puer fuit resuscitatꝰ. vñ nec xp̄m nec alios scōs viros in suis apparatibꝫ: gestibꝫ ꝛ moribꝫ tam ꝑtinaciter arguamꝰ: cū ipsius scꝫ christi actio sit nostra instructio. ꝛ conseq̄nter alioꝝ christifideliū. si quos fecerint signorūꝫ apparatus: nō tam arroganter corrigamꝰ. Perpende desuꝑ quot ritus: tactus et mores exercent p̄sbyteri in ꝑuul' baptizādis q̄ in ꝑmitiua eccl'ia fuissent exorbitantes. nam baptizabāt in noīe xp̄i ꝛ oēs fuerūt gr̄a sp̄ūsscti muniti. vñ le. et no. in. c. Estote. de re iudi. ꝙ in his in q̄bꝫ dubitamꝰ q̄ animo fiant nisi ex natura sint mala. hec in meliorē ꝑtem sunt interꝑtanda. sic interdū excusat mendacium ꝓut cōtingebat in egypto tp̄e Pharaonis de mendacio obstetricū. ꝛ reputatur a quibusdā opus meritoriū ꝓut etiā ille excusat qui hoīem abscōdit a latronibꝫ aut raptoribꝫ quesitū. licet stricto iure dicatur ꝙ ꝓ nll'o bono malū sit faciendū sed econtra dicit ꝙ inter duo mala minꝰ malū est eliciendū aut eligendū. Et igit mihi simpliciano ꝓut libris necessarijs orbato ꝛ incarcerato (saluo tamen semꝑ saniori ꝯsilio) videt ꝙ carminātes ꝛ verbis contra fidem catholicam aut iuris dispositionē nō ꝓferentes sed simpl'r ꝛ de plano ad saluādū creaturas omipotētis animatas aut inanimatas. ꝓut rusticus in themate conscriptus simpl'r ꝓcessit. ꝛ ꝙ idem nō peccauerit sed potiꝰ meruerit ꝙ se et suos pauperculos quoꝝ curā iure diuino ꝛ hūano natural'r gessit de magnis dānis ꝛ penuria releuauit. vnde iura ꝑmittūt ne pereat fructꝰ in terra nr̄a miseratione diuina diffusus (si necessitas imminet) ꝙ in die festo coll'gat. defalcet ꝛ habitaculis fideliter reponat. quod al's sine necessitate tanqꝫ mortale nō cōcedit. Qual' igitur vt putas sit iminens ꝛ vrgens necessitas dū ꝓ paupibꝫ infantulis fame lamentabil'r eiulantibꝫ refocillat animal tam magni ꝓfectus ꝛ cōparatiōe tantus. sicut si ꝓ principe equus restauraret generosus. aut mula cardinalis vniꝰ

magni potentatus . et talis restauratio fit per tam facilis ꝛ leuis sine lesione fi
dei benedictiōis et verboꝝ ritus. nouerant em̄ ꝙ sui ꝓgenitores taliter ꝓfece-
runt : ꝛ fortassis est archanū dei ꝙ sancti viri ꝑ reuelationē diuinā perceperunt
sicut olim ꝑ h̄ verbū Ananizapta reseruatū tentū ꝛ portatū contra pestilentias
fideliter credentes securitatē ꝑceperūt. Nam experienter videt̄ ꝛ ab eccl'ia per
mittit̄ ꝙ illi qui ꝑ certas verboꝝ formas serpentes tollunt ꝓut ap'li fecerunt: ꝛ
tangunt ꝛ in medicinalibꝫ refectionibꝫ multipliciter deducūt. imo leprosos sa-
nando nōdū fundamētal'r infectos multū ꝓficiūt. et ecce ꝙ ille qui ꝓprie talibꝫ
verboꝝ exorcismis in eadē forma nō vtitur. licet fortiora loquat̄ nihil apud ser
pentes operat̄. Ecce gl'iosus ꝛ mirabilis deꝰ in sanctis suis : hominibꝫ cōcessit
tale mysteriū bonis: simil'r ꝛ criminosis. et idem ipse deus ꝯuincit̄ ꝙ filij sui sa
cratissimū corpus per bonū ꝛ malū sacerdotē: ꝑ certā ꝛ determinatā verboꝝ for
mam et nō aliā de summo celoꝝ throno ad altaris mensam coaptatur. et ꝑ sa-
cerdotem eiusdē tangitur ꝛ leuat̄ manū mundā vel imundā. vñ dicit Greg. ꝙ
miracula minora ꝑ maiora probant̄. vnde minꝰ est miraculū si ꝑ certā verborū
formā de euangelica veritate sumptā sanamꝰ equū: mulā vel vaccā a graui do
lore sauciatam: q̄3 si ꝑ certam aliam formā extra euangelicā veritatē: nō tamen
euangelio aut catholica fide contrariam: contentā aut conscriptam .

Finis.

Aliꝰ tractatꝰ exorcismoꝝ seu adiurationū

q Voniā deus magnus dñs ꝛ rex ma
gnus sup̄ oēs deos. Nouit ꝙ gentes que quondā deos coluerunt:
meditati sunt inania. nihilominꝰ tamē illo ꝑmittēte ꝑfecerūt gran
dis magnificencie mirabilia. ꝓut narrat Valeriꝰ maximꝰ li. j. c. vlt
et Isid. li. ethimo. ix. c. xj. de dijs gentiū. ꝛ Virgiliꝰ optimꝰ poetaꝝ. ex q̄ꝝ libris
per mūdi climata dispersis supstitionū diuersaꝝ abusiones etiā xp̄ifideles rece
perunt: ꝑmittunt̄ tñ ꝛ inhibent̄ libri tales legi iuxta materiaꝝ ꝛ ꝑsonaꝝ disposi
tiones. vt plene le. ꝛ no. xxxvij. dis. in ꝑn. et multis. c. se. Hinc clerici peritiores
et imperiti eccl'iaꝝ: curati ꝛ p'les ꝯuter ad ppl'm plerunq̄ speciales ꝛ generales
ꝓpalarunt doctrinando ꝓhibitiōes. ꝛ accidiosa q̄dam corporis lassitudine scri
pturas scrutinio solerti scrutari scrutantes defecerūt. ꝛ discretionis clare deter
minationis ꝑsertim in exorcismis. i. adiurationibꝫ ꝛ bñdictiōibꝫ ꝛ carminibus
et carmiatoribꝫ ꝛ carminatricibꝫ ꝛ eorundē dictamibꝫ aromatū more: minutim
nō triuerūt. sed sicut gallꝰ ꝑ prunas supficialiter strepitauerūt. ꝓut hi q̄ de vsu
rarum cōtractibꝫ et eius differentijs rimari lassati ꝑ libros studiose certificari
nolunt. Et ꝓpterea general'r oīs ꝯtractus cōmertiū ꝓhibere consueuerūt. ꝛ sub
orationis dominice prosa omīa debita debitoribꝫ nostris dimitti contendunt.
et hi errant corde. Ponit autē Jo. in sum. ꝯfes. li. j. ti. xj. q. xiiij. de carminibus
et carminatricibꝫ ꝛ carmiatoribꝫ de materie ꝑsentis determinatione certā que-
stionē. et allegat sctm̄ Tho. de acq̄no venerabilē. Sed iudicio mei Felicis pre
positi Solodoreñ. et cantoris Thuriceñ. decretoꝝ doctor' multū inutil' (saluo
saniori) apparet ꝙ in tam magno generali nimiūq̄ frequētationis negotio ad
competentis saturitat' declarationē non ꝓcesserit. ꝛ hoc ꝓpter maloꝝ sugabun

dantium ſibi cõtinuo concurrentiũ in grauioribus queſtionũ materiarum de-
ciſionibus tanq̃ pluribꝫ attent⁹ hũaniter ſibi fuit minor ad ſingula ſenſus. pro
ut legitur ⁊ notat̃ de heret. Accuſatus. §. De queſtionibꝫ. li. vj. vel fortaſſis ꝑ
tunc tales exorciſmi adiuratiões ⁊ carminatiões nõ prout modo fuerunt tam
frequentes ⁊ plerunq̃ theologi nimias ſubtilitatis a iure nõ prohibite concul
carunt intricationis cõuolutiones. ꝓtuſi ſenſus mei nubeculas turbulenti⁹ cõ-
glutinantes. Unde nuper caſualr̃ perſcrutando reperi quaſdaȝ ſcripturas per
reuerendũ in chriſto patrem ⁊ dominũ meum dñm epiſcopũ Lauſanneñ ap̃pro
batas. ⁊ inſuꝑ ex improuiſu pridie legendo quandã collationis compilationẽ.
quam in Heydelbergeñ ſtudio quondã comperi dictatam. ⁊ vt rebus mirabi
libus fidem prebeant facta mirabiliora. vt dicit Greg. in omelia ⁊ igitur huius
collatiõis myſteriũ prius expediamus. et hinc ad vlteriora procedamus. Et ec
ce audi rem ꝓprie geſtam ꝙ de anno dñi. M. cccc v. die ſexta. menſis Februarij
quidam peritus frater wernherus lector ordinis Auguſtineñ. in aula epiſcopi
Spirenſis in opido Heydelbergeñ. reuocauit octo articlos tanq̃ erroneos: ꝑ
ipſum p̃dicatos. inter quos quart⁹ de certis exorciſmis erat talis. in forma vul
gari patenter alemanico conceptus. Item der ſierd das ſegen zymlich vnd on
ſünd mög geſchehen. Et conſequẽter dixit formã vnius exorciſmi q̃ talis fuit
de vulnerib⁹ curandis. Chriſtus ward geboren. chriſtus ward verloren. Chri
ſtus ward gefunden: der geſegnet diſe wunden Im namen des vatters ⁊c̃.
Inſuꝑ retulit idem lector ꝙ in ſe ⁊ alijs hac vſus benedictiõe frequenter profe
cerit. hanc igitur verboꝝ ꝓlationẽ ad mãdatũ domini epiſcopi Spireñ. et pe
ritoꝝ ſtudij Heydelbergeñ tanq̃ erroneã reuocauit: ⁊ ſe de cetero non ꝓlaturã
promiſit. Unde cauſa nõ erroris aut diffidentie ſed informatiõis adipiſcende.
et non tantũ mei puſillanimitatis ſed multoꝝ commorantiũ in circuitu qui ta
les vel ſimiles aut pares ſeu equiualẽtes ꝑ ſingulos dies proferunt et hominũ
languoribus ⁊ etiam pecoꝝ ⁊ animaliũ brutorum doloribus et infirmitatibus
experienter ſubuenire cõſueuerũt. et ponam⁹ ꝙ periti aut imperiti: ratiões hu-
iuſmodi curationũ non poſſint allegare. experimentũ tamen curationis ⁊ dolo
rum ſublationis ꝓ cauſa patenter poſſunt aſſignare. ꝓut experienter vidi in ho
minibus ⁊ beſtijs: tales (vt ita loq̃mur) adiuratiões ꝑ proſas aut dictamia cer-
torum v̾boꝝ ꝓlata ꝓficere. Nam mgr̃ Raſis almãſoris monarcha ĩ medicinis
in ſua practica. li. ix. in fine certas ponit morboꝝ curas que dicunt̃ ⁊ intitulant̃
experimẽta. Raſis almanſoris: vbi ſcribit ſe et alios multiplr̃ profeciſſe nullaȝ
tamẽ cauſam aut rationẽ huiuſmodi curationũ niſi ſolam allegat expientiam
per magnos viros cũ lucris ingentibꝫ acquiſitam: vt dicimus contra morſum
canis rabidi pilos ſuos valere vbi nll̃a ratio colligitur niſi ꝙ vſus et experien
tia patenter inducit̃. ſic fit de morſu letali ſcorpionis. qui ſi mox ſuꝑ ictu ꝯterit̃
venenũ veneno ſubleuatur et homo de morte liberatur. de quo etiaȝ infra dice
tur. Sunt autẽ qui in talibus carminũ dictaminibꝫ: multũ rigmos verborum
vulgariũ de omnibꝫ linguis deſpexerunt. ſed quid dicem⁹. Nam ⁊ ſancti p̃res
in ſcripturis ſacris freq̃nt̃ metris exametris ⁊ pentametris: vt hic Salue feſta
dies. et inſuꝑ lyricis ⁊ heroycis et elegiacis ⁊ buccolicꝭ ⁊ rigmaticis vſi fuerũt
vt patet ꝑ omẽs hymnos et pleriſq̃ ſequentias. et Boetius de conſol. vſus eſt
omnium metroꝝ odis et totum pſalteriũ apud hebreos videtur metricũ. vt di
cit Iſid. ethimo. li. v. c. xj. Carminant̃ aũt in omĩ lingua frequẽti⁹ ode rigma-
tice vel metra vt ipſius materie progreſſus firmet̃ facilius et ſtabiletur in hu-

mane sagacitatis memoria: et ornatius ꝛ floridius et labilius ꝛ lympidius ac facilius ꝓferatur in omni ꝓlatura. Sed nunc procedam⁹ ad p̄dictoꝝ verboꝝ̄ formā ꝛ conuertam⁹ simpliciter in nostre latinitatis nr̄e prose grāmaticā. Naꝫ dicit Aug⁹. sup Matheū. et habetur de ver. sig. c. Nihil obstat narrādi diuersitas vbi eadē dicuntur: maxime cū quilibet euāgelistaꝝ eodem ordine credat dicere quo deus voluit. Hec ibi. ac si diceret. verba transposita idem significāt de conse. dis. iiij. c. j. de rescrip. Causāqꜫ. ꝛ igiť taliter transponamus dicendo. Christus est natus. christus est perditus. christus est inuentus. et ille benedicat hoc vulnus In nomīe patris ꝛc̄. Nam ꝙ xp̄s natus est patꝫ Math. j. ꝛ. ij. et Lu. ij. et ꝙ christus perdit⁹ est: ꝛ ꝑ suos parentes requisitus ꝛ inuētus est patet Lu. ij. Et sic patꝫ ꝙ hmōi v̄ba ex radicibꝫ sanctoꝝ euāgelioꝝ sunt extracta. Nam hoc est quotidianū ꝙ in diuinis officijs ꝓ salute mentis ꝛ corpis suppliciter rogam⁹ dominū. Unde Petrus apostoloꝝ princeps dixit ad Eneā. Sanet te domin⁹ noster Jesus xp̄us: surge sterne lectū. Act. ix. Item Barnabas fiducialiter agens in nomīe dn̄i nostri Jesu christi ꝛ miracula fecit. vt ibidem et chistus dixit Marci. xvij. Amen quippe dico vobis: si habueritꝭ fidem sicut granū sinapis ꝛ dicetis monti huic. transi hinc ꝛ transibit. ꝛ nihil impossibile erit vobis ꝛc̄. Un̄ si bona fide dixerit homo huic morbo transi hinc. ꝛ nihil vel aliquid aliud adderet: ꝛ homines sanaret. quis sibi improperaret. Nam christus (vt legitur in euāgelio Johannis. ix) expuit in terrā ꝛ fecit lutum ex sputo et liniuit lutū sup oculos ceci. et dixit ei. Uade et lauare in natatoria syloe ꝛc̄. quis dubitat quin si christus nutu vel verbo simplici voluisset. cecus iste sanatus fuisset: nihilomin⁹ tamen tot fecit verborū ꝛ gestoꝝ apparatus. ꝓut simplici verbo imperatiuo dixit leproso. sanare ꝛ sanatus est. Marci. j. Regulariter autem christi actio nostra est instructio. ij. q. j. Deus omp̄s. de iureiu. Et si xp̄s de quo de ꝑse. dis. ij. Liquido. et dixit Greg. in omelia Lu. x. dn̄s et saluator noster frēs carissimi aliquādo nos admonet sermonibꝫ. aliquādo vero operibus. Ipsa enī facta p̄cepta sunt. q꞉ dum aliquid tacitus facit: quid agere debeam⁹ innotescit. Et hic dixit frequēter ad homīes. fides tua te saluū fecit. ꝛ nō in aīa tantū sed etiā in corpe. vt Math. ix. Marci. v. ꝛ. x. et Luc̄. vij. ꝛ. viij. et. xiij. et xviij. et fides est que vincit mūdū. j. Joh. v. xj. q. viij. Sciscitantibꝫ. Un̄ dixit apostolus. Om̄e quodcūqꜫ facitis in verbo aut in opere. omnia in nomine dn̄i nostri Jesu christi facite. gratias agentes deo patri per ip̄m ꝛc̄. ad Colloc̄. iij. xxvj. q. v. Non licet. Et nō erit impossibile apud deū om̄e verbum. Lu. j. Unō dixit Petrus ad Jesum. Preceptor ꝑ totam noctē laborātes nihil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rhete. et cum hoc fecisset: concluserūt pisciū multitudinē copiosam Lu. v. Et iterū dixit Christus. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meū audit ꝛ credit ei qui misit me habet vitam eternam Joh. v. Item dixit christus Marci vlt. Signa autē eos qui crediderint hec seq̄ntur. in nomīe meo demonia eijcient. linguis loquētur nouis. ꝛ si mortiferꝫ quid biberint: nō eos nocebit. sup egros man⁹ imponēt ꝛ bene habebunt ꝛc̄. et igitur. Quicunqꜫ inuocauerit nomen dn̄i saluus erit. ad Rom. x. de pe. dist. iij. Adhuc instant. Et hic apostolus ꝛ hic canon generaliter loq̄ntes nō distinguūt qualitercūqꜫ aut quomodocūqꜫ inuocem⁹ nomen dn̄i aut eius mysteria nec nos distinguere debemus. vt. ij. q. v. Consuluisti. ff. de pub. iudi. j. De p̄cio. neqꜫ insontē. i. innocentē habebit dn̄s eum qui assumpsit nomē dei frustra. Exod. xx. ꝛ. xxij. q. iiij. Necesse. Unde dixit Beda in ome. ꝓut habeť de re. iur. c. ij. sup h̄ verbo euan-

gelisté nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Math. vij. Lu. vj. ⁊. vj. q. j. Deus om nipotēs. hoc loco nihil aliud nob precipi estimo. nisi vt ea facta que dubiū est q̄ animo fiant in meliorē ptē interpretemur. qd̄ eni scriptū est Ex fructib9 eoꝝ co gnosceti eos. de manifestis dictū est q̄ nō possunt bono animo fieri vt stuprum blasphemie. ebrietates ⁊ similia. de quib9 nobis pmittit iudicare. Hec ille. Et hec pprie ad propositū nostrum. Et si dubia in meliorē partem interptari iube- mur: put pmittit. Quare nō ea de quib9 nō dubitam9 quin fiant bono animo. ⁊ interptemur q̄ vt res potius valeat q̄ȝ pereat. de ver. sig. Abbate. de fi. instru. Dilectos. ff. de. re. du. l. Quaten9. Et si benigniorē sententiā seq̄ debem9 i re du bia ⁊ potius in certa. ⁊ vbi res penit9 est bona. ff. q̄ in testa. delen. l. Proxime. ⁊ verba debent fuire intētioni: ⁊ nō intentio verbis. per vba eīn exprimit intentio xxij. q. v. Humane aures. xxxviij. dis. Sedulo. j. q. j. Marchioñ. de v. sig. In- telligentia. ⁊ deus plus respicit intentionē q̄ȝ actus. xv. q. vj. Si sacerdotib9. ⁊ §. seq̄nti in fi. et intentio regulariter iudicat hoīem. xxij. q. v. Non est. Hic aūt in pposito ē op9 bonū. intentio bona. ⁊ vba sunt veritatis ⁊ salutis mysteria sum pta radicitus: put ptactū est de corpe scōꝝ euāgelioꝝ: vt ptȝ. vñ pingne vbum de pingui intellectu pcessit. vt le. ⁊ no. xj. q. iij. c. pe. et verba tā clara ciuili mō nō captiose sūt itelligēda. iiij. dis. Erit. ff. de serui. l. Si cui. Vñ dixit christus In nomie meo demonia eijciunt. Mar. xvj. ⁊ iō dixerūt ad Jhm. lxxij. discipuli dñi reuertētes cū gaudio. Dñe etiā demonia subijciunt nob in noie tuo. Lu. x. Vñ dixerūt apl'i. nec eni aliud nomē datū est homib9 in q̄ oporteat nos saluos fieri. Act. iiij. ⁊ infra. ⁊ nūc dñe respice in minas eoꝝ videlicȝ iudeoꝝ. ⁊ da fuis tuis cū oī fiducia loq̄ verbū tuū in eo q̄ manū tuā extēdas ad sanitates ⁊ signa et pdigia fieri p nomē sancti filij tui Jesu. Hec ibi. Et hec oīa fiant sic hic in pposito: ne nomē dñi ⁊ doctrina blasphemet. j. Thi. vj. Vñ dixit dñs vicȝ Deu tero. viij. Non in solo pane viuit hō. sȝ in oī vbo qd̄ pcedit de ore dei. Math. iiij. Vñ verba dei sunt semen. qd̄ aūt cadit in terrā bonā aut malā. si in bonaȝ facit fructū. sic hic in pposito. si in malā nō fac fructū. vt le. ⁊ no. Luc. viij. Sūt aūt puersores hmōi simplicitatē verboꝝ puertentes ⁊ adulterātes verbum dei vt dixit apl's. ij. Coꝛ. ij. ⁊. iiij. qd̄ exponit Greg. moral'. li. xxij. c. xv. sic inq̄ens. Adulterare nanq̄ȝ est verbū dei: aut aliter sentire de illo q̄ȝ est aut ex eo nō spiri tuales fruct9 sȝ adulterinos fetus querere laudis hūane. ex sinceritate vero lo- qui est nil in eloquio extra quā oportȝ acq̄rere. sed ex deo loquit q̄ se nō a se ha bere sȝ a deo accepisse qd̄ loq̄tur. Hec ille. Vñ liberꝝ ē qd̄ vti libere q̄libet pōt verbo dei ad eū vsum ad quē vti licite possum9. Nec obstat. ij. q. v. Cōsuluisti. Qd̄ quidē. c. allegant q̄dā doctores sacre theologie ꝯ tales adiuratiōes. vbi dr̄ qd̄ sanctoꝝ patꝝ documēto sancitū nō est: supstitiosa adinuētiōe nō est psumē- dum. et in isto. c. Stephan9 papa locut9 fuit ꝯ hos q̄ feruentis aq̄ ⁊ candentis ferri iudiciū fieri voluerūt in eccl'ia dei. vt ibidē ptȝ in rubro. Vñ dic glo. ibidē sup. v. Supstitiosa. vtili aūt ⁊ necessaria videlicȝ adinuētiōe licet vti. et alle. multa iura: ⁊ vbi canō nō excipit: nec nos excipe debem9: vt pallegatū ē. et oīa concessa intelligunt de iure cōi nisi phibita in certis casib9 inueniant vt innuit xxvij. q. ij. Lex diuie. de sen. excō. Nup. concordat nobiscū. si saltem bene ppen damus. frater Asteñ. li. j. c. xv. licet breuib9 verb: q2 attent9 plurib9 alijs. Sed ad sedandā rigoris seueritatē illoꝝ qui nimis rigorose solent in his exorcismis simpliciū mentes pturbare. Notandū vt le. ⁊ no. xj. dis. §. j. q̄ Salomon ante nominis dñi nostri Jesu Christi inuocationis institutiōem ⁊ eius aduentum

quendã modũ exorcizandi adinuenit. quo demones adiurati ab obsessis corpo-
ribꝫ pellebant. et igit̃ hodie huic officio mãcipati: exorciste vocati sũt. Hec ibi.
Unde nigromãtici in vno libroꝝ suoꝝ volumĩe qd̃ dicit̃ officioꝝ hñt canones
quos dicũt vincula Salomõis: quẽ libꝝ cũ multis aliȷs per Salomonem in
Arabia in certis montiũ cauernis absconditũ reperit Uirgiliꝰ tp̃e Octauiani
imperatoris ꝛ de Arabica lingua in nostrã latinã ꝑlatiõe transtulit. ꝑ quem
hodie hm̃õi nigromãticoꝝ presumptio. demones ad obsequiorũ mirandoꝝ mi
nisteria hoĩm coartare cõsueuit. Itẽ vt dicit mgr̃ i hysto. iiȷ. Re. iiiȷ. Salomõ
excogitauit adiuratões qbꝫ egritudines solebãt mitigari. alias qꝫ quibꝫ demo
nes eiȷcerent. ꝛ alias quibꝫ obstricti nõ redirent. excogitauit etiã caracteres q̃
inscribebant̃ gẽmis q̃ posite in naribꝫ arreptitiȷ cũ radice. Salomoni mõstra-
ta: statim eũ a demõibꝫ liberauit. Hec scientia plurimũ valuit in gente hebreo
rum: et maxime necessaria erat. Hec ibi. Et plura alia hos exorcismos appro-
bantia. Item scribit idem magister in hystoriȷs Exo. iȷ. ꝙ moyses erat vir bel-
licosus: et dum fugebat de egyto in ethiopiam. ꝛ succurrebat regi ethiopũ ma
gnifice nimis. et igit̃ Tharnis filia regis oculos suos iniecit in moysen cũ fue
rit homo mire pulcritudinis. ꝛ ex cõdicto ipsa tradidit moysi ciuitatẽ si duce-
ret eam in vxorẽ: ꝛ ita factũ est. Dum autem Moyses redire vellet ad populũ
suũ nõ acqeuit vxor. qꝛ philocapta ip̃m miro mõ dilexit. ꝑinde Moyses tanq̃
vir peritus astroꝝ imagines sculpsit in gẽmis huiꝰ efficacie vt altera memoriã
altera obliuionẽ conferret amoris. cunqꝫ paribꝫ annulis eam instruxisset. alteꝝ
scilicꝫ obliuionis annulũ vxori ꝓbuit. alterum ipse tulit. vt sic pari amore pari-
bus annulis insignirent̃. Cepit ergo mulier amoris viri obliuisci. ꝛ tandem li-
bere in egyptum regressus est. Item vt dicit Augꝰ. in libro de ciui. dei. et ha-
betur. xxvȷ. q. v. Nec mirũ. ꝙ illa nobilis mulier Circe maga famosissima: soci
os Ulixis viri clarissimi ꝑ carmia sua mutauit in bestias. et Archades. id est
gentes de Archadia sacrificio deo suo ligeo immolabant. ex quo quicũqꝫ sume
rent in bestiarũ formas cõuerterentur. Item his diebꝫ sunt homines arte natu
rali: et etiã ministerio demoniali. aeris serenitatẽ cõuertentes in formidinem.
et grandinis ꝛ niuiũ ꝛ pruine ꝛ ventoꝝ borrealium patenter inducẽtes tempe
statem. de quo plene scripsi in libro de nobilitate. c. xxxiȷ. et ecce si tales et aliȷ
plures de quibꝫ narrat Ualerius maximꝰ libro. ȷ. c. vlt. per carmina vel artes
aut alia machinamẽta apud deos suos ꝑmissione dñi dei nostri perfecerũt mi-
rabilia. quare nõ fidei nostre veri ꝓfessores dicerent cum Moyse (ꝛ nunc canit
ecclesia) Non est alia natio tam grandis que habeat deos appropinq̃ntes sibi
sicut deus adest cunctis obsecrationibꝫ nostris. Deut. iiiȷ. et quare nõ idẽ om-
nipotens deus nr̃ nõ tantũ habentibꝫ fidẽ sicut granũ synapis: sed sicut granũ
cucumeris. imo sicut montes ꝛ colles: ligna fructifera ꝛ om̃es cedri inclinaret
aures suas ad ꝑces nostras: ꝛ attenderet pie inuocantibꝫ eũ: ꝛ õnderet illis sa-
lutare suũ. Uñ conuenientẽr scripturas introducamꝰ q̃s de supradicto domino
meo dño ep̃o Lausanneñ in forma ꝓprie subscripta recepimꝰ de maledictiõe seu
imprecatiõe ferenda contra sanguissugas: pisces inficientes et omnes vermes
terrestres seu aquaticas. mures. locustas. papiliones ꝛ cetera animalia fructꝰ
terre vastantia seu pisces que talis est. Quoniã male pene a deo infligit̃ ꝓpter
nostra peccata primo ꝛ ante omnia debemꝰ conuerti ad deum ꝛ peccata dimit
tere ꝛ cum oratiõibus ꝛ ꝓcessionibꝫ deum rogare suppliciter vt plagas ab ipso
nobis inflictas propter peccata nostra dignet̃ amouere a nobis. Deinde cura-

tus seu ille ad quem pertinet imp̄catione͂ seu maledictione͂ inferre co͂tra anima lia nocentia tanq̄ȝ iudex ex officio co͂stituat vnum procuratore͂ pro populo. sed conuenientius esset q̄ populus daret vnu͂ cum reuerentia ꝛ honore debito. qui petat discerni citatione͂ contra animalia. citatione ꝓo decreta mittatur certus nu͂cius ad campos seu vineas aut littora aquaru͂ ſm q̄ erit necessariu͂. ꝛ ibi ci- tentur coram tali: in crastino tali hora respo͂sura de his que sibi obÿcie͂tur sub pena maledictio͂is eis inferende. ꝛ ad locu͂ ꝛ tempus constitutu͂ compareat pro curator populi et petat mandari dictis animalibꝫ. Quo audito nihilominus si potest habere aliq̄d de ipsis animalibꝫ ante eum co͂stitutis sedens ma͂dabit eis presentibꝫ ꝛ absentibꝫ vt p̄sentibꝫ co͂minando maledictione͂ omnipote͂tis dei et totius curie celestis ꝛ eccl'ie. vt infra tres dies. assignando primu͂ ꝓ p̄mo termi no. secundu͂ ꝓ secundo. ꝛ tertiu͂ ꝓ tertio. ꝛ peremptorie a tali territorio vel aq̄s recedant. ꝛ animalia que inficiu͂t inquiete dimitta͂t vel nocere fructibus terre desistant. ꝛ se in talem locu͂ reduca͂t in quo nulli nocere possint. quod si no͂ fece rint compareа͂t ad tempus assignatum reddidura ratione͂ quare no͂ paruerint al's lapso termino ꝓcedetur in co͂tumacia͂ contra ea. et si animalia sint presen- tia restituant̄ ad locu͂ seu aquas vnde recepta sunt. si au͂t recesserint infra termi num dent̄ gratie deo per ꝓcessiones ꝛ orationes: et benedicant̄ aque in forma que inferius continet̄. vbi vero no͂ recesserint: co͂tinuabit̄ ꝓcessus sine intermis- sione. ꝛ si animalia haberi pn͂t: iterum ducatur ad p̄sentia͂: vt prius. ꝛ ꝓcurator populi petat ferri sententia͂ cum suis ro͂nibus ea absolui ab impetitione aduer- sarÿ. ꝛ tande͂ q̄ꝛ deus pronior est ad miserendu͂ q̄ȝ ad puniendu͂ ꝯcluda͂t in cau sa ꝓ populo. ꝛ ferat sententia͂ contra illa. extunc q̄ ex parte omnipotentis dei ꝛ totius curie celestis ac eccl'ie sancte dei sunt maledicenda ꝛ omi͂a mala contra ea imprecanda: interficiat animalia ibi p̄sentia: ꝛ ad statim cum processione et aqua b͂ndicta ꝓcedat̄ ad maledictione͂ animaliu͂. ꝛ b͂ndictione͂ aquaꝝ vel cam porum vt sequit̄. Adiutoriu͂ nostru͂ in nomi͂e domini. Qui fecit celu͂ ꝛ terraȝ. Dn͂e exaudi oratione͂ mea͂. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dominꝰ vobiscuȝ. Ore mus. Preces nostras quesumꝰ dn͂e clementer exaudi. vt qui iuste pro peccatis nostris hanc vermiu͂ seu muriu͂ ꝛc͂. persecutione͂ patimur. pro tui nominis gl'ia ab ea misericorditer liberemur. vt procul a tua potentia expulsi nulli noceant. et hos campos vel vineas vel aquas in tranquillitate ꝛ quiete dimittant. q̄te nus ex eis surgentia ꝛ orta tue maiestati d̄seruiant. ꝛ nostre necessitati subueni ant. Per christu͂ dn͂m nostrum. Item subiu͂gatur mox alia ꝛ seque͂s collecta. Omnipotens sempiterne deus. omniu͂ remunerator ꝛ peccatoꝝ maximus mi- serator. in cuius nomi͂e omnia genua flectunt̄: celestia terrestria ꝛ infernoꝝ. tua potentia nobis peccatoribꝫ omnipote͂s concede. vt quod de tua misericordia confisi agimus: per tuam gratia͂ efficacem co͂sequamur effectu͂. quatenus hos pestiferos vermes vel mures per nos fuos tuos maledicendos maledicas. se- gregandos segreges. extermina͂dos extermines: vt per tuam clementia͂ ab hac peste liberati. gratiaru͂actiones maiestati tue libere referamus. Per x̄p͂m dn͂m nostrum. Item mox subiungat̄ exorcismus talis vt sequit̄. Exorcizo vos pestife ros vermes seu mures ꝑ deum patre͂ omnipotente͂ ꝛ Jesum christu͂ filium eius et spiritumsanctu͂ ab vtroq̄ȝ ꝓcedente͂ vt co͂festim recedatis ab his aquis cam- pis seu vineis ꝛc͂. nec amplius in eis habitetis. sed ad ea loca transeatis in qui bus nemini nocere possitis: pro parte omnipote͂tis dei ꝛ totius curie celestis ac ecclesie sancte dei vos maledicens q̄ quocunq̄ȝ ieritis sitis maledicti. deficie͂tes

de die in diem in vosipsos ⁊ decrescentes: quatenus reliquie de vobis nullo in
loco inueniant᷑ nisi necessarie ad salutē ⁊ vsū humanū: quod ꝑstare dignetur
qui ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignem. Item sequit᷑ ora
tio suꝑ aquas. Domine Jesu christe qui iordanis flumen benedixisti: ⁊ in eodē
baptizatus aquas mūdasti et purificasti. vt elemētū salubre efficerent᷑ in remis
sionem peccatoꝝ: has aquas quoqꝫ benedicere et sanctificare ⁊ mūdare digne
ris: vt nil in eis noxiū: nil pestilens vel inficiens. nil corrūpens remaneat: sed
omnia pura ⁊ mūda in eis efficiant᷑. quaten⁹ que ad vsum humanū ex eis crea
ta sunt cum salute nostra ⁊ gloria tua assumamus. Per xp̄m dn̄m nostꝝ. Amē.
Et tunc sequit᷑ confirmatio predictoꝝ. Officiał curie Lausanneñ. venerabili
et circūspecto viro dn̄o plebano Berneñ. salutem. visa supplicatione pro parte
nobilium dominoꝝ Sculteti et consulū de Berno. de ⁊ supra casu in annexis
mentionato ac eius tenore considerato: volentes eisdem ⁊ eorū subditis beni-
gniter ꝓuidere. vobis de cui⁹ legalitate ⁊ industria nō immerito confidimus.
tenore p̄sentiū cōmittim⁹ ⁊ mādamus q̄ten⁹ maledictiōes seu impcatiōes infe
rendas contra sanguissugas ⁊ alia animalia in annexis mētionata. ꝑpl'o prius
ad deuotionē ꝯgregato. ⁊ casu ipsi populo exposito iuxta formā ⁊ tenorē in di-
ctis annexis mētionatis: vice ⁊ auctoritate reuerendi in xp̄o patrꝫ ⁊ dn̄i nr̄i dn̄i
Georgij de Salutijs miseratiōe diuina Lausāneñ epi seruato mō in dictis an
nexis mētionato faciatis ⁊ oīa ⁊ singula alia in dictꝫ annexis mētionota ad
debite executiōis effectū demādetis. suꝑ q̄bꝫ vices p̄fati dn̄i nr̄i Lausannen᷑
epi ⁊ nr̄as vob p̄ntiū tenore cōmittim⁹. Datū ⁊ actū sub nr̄o manuali signo
et sigillo curie nr̄e die. xxiiij. mensis Martij. anno dn̄i. M. ccccli. Quo quidē
adiuratiōis seu exorcismoꝝ ⁊ alijs inde secutis ꝓcessu sollerter inspectꝫ: vidi ꝙ
sunt de hic stantibꝫ hui⁹ iudiciarij ritus subsannātes ꝑsecutionē tanq̄ aduers⁹
animalia bruta impeccabilia fulminatā. ⁊ igit᷑ resumo qđ p̄dixim⁹ ꝙ oīs chri-
sti actio est nr̄a instructio. ⁊ ꝙ facta ipsius p̄cepta sunt tacitus ⁊c̄. Nonne vt
legit᷑ Marci. xj. Dn̄s noster Jesus xp̄s fil'r iusti iudicꝫ ⁊ contra rē inanimatā
more ꝯgruo seruauit iudicioꝝ executionē. Nā dū ipse qui nihilomin⁹ cūcta no
uit anteq̄ fierent. Dañ. xiij. Exiret de bethania ⁊ esuriret: cū vidisset ficū a lon
ge habentē folia: venit si quid forte inueniret in ea. ⁊ cū venisset ad eā nihil in
uenit preter folia. Non enī erat tēpus ficoꝝ. Et respondēs dixit ei. Jā nō am
plius in eternū ex te quisq̄ fructus māducet. et dū alio die reuersus est et disci
puli cum eo. viderūt ficū aridam factā a radicibus cui maledixerat dn̄s. Ecce
christus noluit maledicere huic arbori nisi prius tanq̄ iudici sibi constaret le-
gittimo documento. videlicet ꝑ visum de sue sterilitatis maleficio. ⁊ dū infor-
mat⁹ fuit de hoc. ꝓnunciauit maledictiōis sententiā cū edicto publico. ⁊ h̄ ad
iuncto solēniter discipuloꝝ suoꝝ tanq̄ viroꝝ fidedignoꝝ omī exceptiōe: maio-
ris fidei testimonio. Est em̄ efficax ꝓbatio dū res de q̄ agit᷑ subijcitur oculo. vt
legit᷑ ⁊ no. de p̄scrip. Quia iudicis. de libel. ob. c. ij. ff. fi. regū. Si irruptione. in
fine. de quo plene per Jo. an. in addi. spe. de testi. §. j. v̄. Item ꝙ non perhibet.
in addi. maiori. Sic etiā dn̄s anteq̄ damnaret sodomitas. Descendā inquit
et videbo vtrū clamor qui venit ad me opere cōpleuerint an non. ita vt sciam
Genes. xviij. de simo. Licet hely. ij. q. j. Deus omp̄s. de accu. Qualiter. ij. Nec
nouū est ꝙ creature dei fit maledictio. etiā si sit inanimata aut irratiōabilis in
hoc mūdo. Nā dn̄s dixit Maledicta terra in oꝑe tuo. Geñ. iij. et iteꝝ dixit ad
serpentē. Maledict⁹ eris inter oīa animātia terre. Ibidē. Et angelus dn̄i dixit

filijs israel maledicite terre marath. Judicũ. v. et Dauid propheta rex ꝛ amic⁹ dei maledixit montibus gelboe. dum inquit. Nec ros nec pluuia veniat super vos. nec sint agri prouinciaꝝ. quia ibidem ceciderunt fortes israel. ij. Regu. j. et Job vir simplex et iustus maledixit diei in quo natus est. Job. iij. et Hieremias propheta dixit. Maledicta dies in qua natus sum: dies ĩ qua peperit me mater mea nõ sit benedicta. De quibꝫ iam dictis maledictioibꝫ ꝑmis plene videam⁹ Gregoriũ in moralibꝫ li. iiij. c. ij. ꝛ sequẽti. Et legitur de Uirgilio p̄dicto ꝙ exterminauit ꝛ relegauit perpetuo omnes muscas aut genus muscarum de macellis Parthenope ciuitatis ad nutũ augusti imperatorꝭ videlicꝫ Octauiani cuius cancellarius fuit. Quam quidẽ Augustus expost Neapolim vocari maluit. ex qua totũ regnum Neapulie nomen acquisiuit. Jtem prout publica vox est ꝛ fama: imo veritas ꝙ in dyocesi Curiensis prouintie Maguntine rudissima videtur terra inter montes ꝛ colles germanie p̄eminentiores collocata: que propter artitudinẽ vallium ꝛ multitudinẽ montium multũ est cara. Unde quondã quoddam genus vermiculoꝝ seu brucorum: qꝺ scd̃m Jsidorũ libro ethimo. xij. c. v. Cantarida vocat̃: vel ꝭm alios limax. ex eo ꝙ de limo terre nascat̃: seu alemanico nomine Juger nuncupat̃. sunt aũt albi coloris ꝛ nigri capitis: sex pedũ: in longitudine medij digiti. ꝛ tertio anno sue generatiõis ad instar formice ꝑrumpũt more volatili que suo more malicioso: agros et prata campos et cespites et alia loca plana seu montosa: fenum ꝛ herbam et gramia aliosq̃ terre fructus germinantia: infra terram ꝛ iuxta radices girando. spaciando. sulcando. euertendo. conterendo: ꝛ corrosione sua germina terre radicitus sterilizando. Unde nõ sine consultissimo cõmuni terre totius ibidẽ incolarum decreto: quadã naturali sagacitate modus talis adinuent⁹. et non carens ratione. vnde p̄dicti terrigene dictas cantaridas ad iudiciũ prouinciale ꝑ edictum publicũ (prout quondã fiebat in albo pretoris citari ꝛ euocari fecerũt. ꝛ ipsis citatis ꝛ nõ cõꝑentibꝫ ꝓpter suoꝝ corpoꝝ exiguitatẽ ꝛ etatis minoritatẽ. Judex ex officio vt gauderent iura minoꝝ. vt le. ꝛ no. ff. de minoribꝫ. quasi ꝑ totũ. et. xv. q. iij. Non est. et Archidya. c. vlti. de iudi. li. vj. eisdem cantaridis curatorem. ꝓcuratorẽ. sindicũ ꝛ oratorem certũ ibidẽ existentẽ ꝛ p̄sentẽ qui fidelit̃ vt decuit petitionibꝫ ꝛ accusatiõibus terrigenarũ respondens et duplicationibus et triplicationibꝫ rite peractis: obtinuit pro dictis cãtaridis cũ sint creatura dei. ꝛ a tanto temꝑe cui⁹ initiũ nõ fuit in hominũ memoria habuerunt talesius. et in talibus terris habitacula sua ꝛ ne priuarẽtur alimẽto suo petiuit ꝓcurator ipsoꝝ ꝙ nõ expellerent̃ a suis possessionibꝫ nisi ipsis cõsentientibꝫ alia sibi iudicialiter assignarent̃ loca. ꝛ ita factũ est: ꝛ hodie rite ꝭuatur ꝛ ipsis cantaridis ꝑ annos singulos in tempore suo terre portio certissima reseruatur. ꝛ ibidem conueniũt. ꝛ nullus de cetero per ipsos angariat̃. Sed ꝓut p̄diximus ꝙ facta mirabilia fidem prebeant rebus mirabilioribꝫ auribus percipe ꝓut nobis retulit nuper rusticus quidam antiquissim⁹ et contra animalia bruta ꝓcessus breuioris concernitur apparatus. Nam dum habitationis domus ruralis alicuius (ꝓut sepe per rura fieri consueuit) qualitercũq̃ contaminata fuerit aut occupata serpentibus. colubris. aspidibus. viperis. natricibꝫ. nepis. stellionibꝫ dipsis. anguibꝫ. ceculis. lacertꝭ. bufonibꝫ: et exuuijs: aut quorũcunq̃ vermium venenosoꝝ generibꝫ. et ipse rustic⁹ vel alter bona fide quasi loq̃remur montibꝫ se inclinarent. vt p̄misim⁹ dixerit hec ꝟba vel in effectu similia. Jch beschwer üch würm̃ by dem almechtigen gott: das uch dise statt oder husz als vnmer

sy als vnmer gott ist der mann der eyn falsch vrteyl spricht vnnd eyn rechte
kan Jm namen des vatters ⁊c̄. Ac si diceret. Ego adiuro vos vermes ꝑ om ni
potentē deū vt ille locus sit vobis tam detestabilis prout deo est vir ille qui fal
sam sententiā protulit et iustam nouit In nomine patris ⁊ fi. ⁊c̄. Et hec verba
similiter mutatis mutandis dicta ꝓficiunt dūmodo equū aut mulam seu alia
animalia lūbrici vel vermes in visceribus corrodunt prout fidedigni nobis pa
tenter retulerūt ⁊ experienter ꝓbauerūt. Nam probat Joh. in summa. li. j. titu.
xj. q. xij. ꝙ in incantationibꝫ serpentū vel quorūcunqꝫ animaliū si respectus ha
beatur solū ad verba sacra ⁊ ad virtutem diuinā nō est illicitum vt hic fieri po
test. Et in hoc videt̃ ꝙ sanctū ⁊ terribile est nomen dei in vniuersa terra. Nam
olim quidā episcopus Lausanneñ. (prout hystoriarū suarum propalatio dicit)
totū genus anguillaꝝ de lacu grandi sibi vicino ⁊ ex omnibꝫ aquis ꝯfluētibus
in eo. patenter perpetuo relegauit. vt vsqꝫ nunc ⁊ p̄sentibꝫ diebus nulla perma
nere poterit. Lacus aūt in longitudine quasi dietam: ⁊ per latitudinē duas leu
cas cōprehendit: et Rodanus fluuiꝰ ꝑtransiens in eodem edicto permansit:
Sic beatus heremita pruminniꝰ insulam sancti Marci prope Constantiā ve
nenosis coinquinata vermibus: totaliter mūdauit suis p̄cibꝫ. Sed nūc corro-
borando p̄dicta ad exorcismū prefati redeamꝰ ruralis ⁊ non mireris ꝙ execra-
bilis tanti prolatio criminis: videlicet falsi iudicis sit causa expulsiōis tal' tam
palam violenti recessus eliminatiōis. Nam in hoc videt̃ ꝙ nō tantū cōtrariū
contrario purgat̃. vt le. ⁊ no. in Cle. Cupientes. de penis. sed etiam malū ma-
lo naturaliter repellit̃. vt dum mēbrū igne lesum mox igni reapplicat̃ aut mem
brum frigore viciatū repentim aqua frigida refocillat̃. ⁊ quodlibet illoꝝ cōtra-
rio remedio periclitat̃. Et nunc redeamꝰ ad ꝓpositū. Nam ꝓut narrat p̄dictus
Joh. in sum. confess. et ꝓbat li. j. ti. xj. q. cxxv. ꝙ nō solū actus sodomiticus sed
de eodē prolatio os loquentis ⁊ aures audientiū. ⁊ ip̄a quodāmodo polluit ele
menta. Et dicit impator in auten. vt nō lux. ꝯ na. §. ij. ꝙ de tali crimīe generāt̃
pestilentie ⁊ tempestates. ⁊ sic ad ꝓpositū ꝯditiōes dicemꝰ iniq̄ iudices detesta
biles. Nā tal' iudex fuit Pylatus et Cayphas ⁊ Annas et scribe et pharisei et
seniores populi ⁊ p̄ncipes sacerdotū ⁊ leg̃ ⁊ iurisperiti: q̄ xp̄m innocentē noue
runt ⁊ per suas sentētias ⁊ simpliciū seditiones christū et Stephanū ⁊ Jaco
bum maiorē ⁊ alios innocentes morti tradiderūt. ⁊ barrabā latronē dimiserūt
et tales ⁊ sibi similes iniqui iudices: dicūtur innocentū oppressores. pro quibꝫ
christus ⁊ Stephanꝰ in mortis agonia nō orauerūt: quia tales sciuerunt quid
fecerunt: sed ꝓ aliꝭs simplicibꝫ. imperitis. spiculatoribꝫ: ac personis impotētibꝫ
qui nesciuerūt q̄d fecerūt: p̄ces ad dn̄m vt illis dimiteret efficaciter fuderunt. ⁊
illi indubitāter salui facti sunt. sed aliꝭ suis in p̄ctis Tito ⁊ vespasiano cooꝑan
tibꝫ perierūt. vt le. ⁊ no. j. q. iiij. §. His ita. in fi. Et igit̃ ad ꝓpositū q̄ tales iudi
ces deo sunt tā odibiles tanq̄ꝫ homībꝫ p̄noti vermes. vn̄ nō tm̄ p̄n̄tis vite loca
sꝫ etiā celoꝝ relegati ꝑdunt habitatōes. ⁊ cū Pylato mg̃ro suo (nisi penituerint
et lesis satisfecerint) cōplicibꝫ quoqꝫ eius recipiāt ꝑpetuas acerbitatis ⁊ dolor̃
penarū portiones. de quibꝫ nuper feci tractatulū contra iniquos iudices intitu
latū: ⁊ consequēter alium qui intitulat̃ de consolatiōe inique suppressoꝝ ad in
star innocentis Boetij. quē legimus ꝑ venerabilis ph̄ie ꝯsolationē refocillatū
Et nunc vltra ad p̄dictorum corroboratōis argumētū ꝓcedamꝰ. Nā hodie in
sepultura Pylati q̄ est in lacu q̄dā montisfracti dyocef Constantieñ. vt narrat
Petrus in sua Lombardica de passione dn̄i patēter videmꝰ dū talis lacus tan

gitur aut paucissime mouetur per homines ꝓpter criminis falsi videlicet indicis Pilati detestationē. indubitanter etiam celo serenissimo. consequentur statim hoꝛrendissime per nubiū coagulationes: ꝛ formidulose ꝓrumpūt tempestates in terrigenarū ꝛ incolaꝝ pernitiones. Et ego Felix cum tribulationū socijs miserabiliter anxiatus: non frustra iudicis iniqui crimē scripturis sui ꝓsecut⁹. quia noui tanq̄ꝫ expert⁹: quot ꝛ qualis coꝛdis ꝛ animi cruciatus patiť iniqua sentētia latenter aut palam odio duro grauatus. Sunt auteꝫ hec duo crimina videlicet innocentis suppꝛessio: et nature peruersio. de illis quattuoꝛ execrabilibus pꝛe ceteris ad celum clamantibꝫ. ꝛ tertium est innocētis sanguinis effusio Vnd Geñ. iiij. dixit domin⁹ ad Cayn. Vox sanguinis tui Abel clamat ad me de terra. Et quartū ad celum clamans: est mercedis deseruite retentio. Unde Jaco. v. Ecce merces operarioꝝ qui messuerunt regiones vestras. qui fraudati sunt a vobis clamant: ꝛ clamoꝛ eoꝛum in auribꝫ sabbaoth introiuit. Et glosa interli. ibidem dicit. Et si paupes omnia patienter ferentes nō clamāt: merces tamen retenta clamat. Vñ vsus. Clamat in celum vox sanguis ꝛ sodomoꝛum. Vox oppꝛessoꝝ: premia retenta laboꝝ. Et si per talis clamoꝛose vocis fremituꝫ moueať natura. imo natura diuina. ꝛ etiam si vindictaꝫ retribuat nō mireris. et sic facit ad propositū. ꝛ vtinā ꝑmissa ꝓficerēt: ꝛ ꝙ laboꝛis sollicitudines operis artificem cōmendarent. ac que nō ꝓdessent. singula multa tamen collecta iuuarent. Et concludendo dicimus (saluo iure loquētis sincerius) ꝙ lector iste Augustinensis in studio Heydelbergeñ in huius articulo pꝛolationis reuocatione indebite fuit grauatus. et min⁹ iuste prout ꝑmittitur angariatus. ꝛ ꝙ tales ꝛ sui similes adiurationes seu exoꝛcismi aut impꝛecatiōis pꝛonunciatio licite et cōuenienter admittiť. et per prelatos ecclīarum nō ꝓhibeať. ꝛ ꝓ hoc illius fides spes et caritas cōseruatur. qui fidei nostre verbo et exemplo fuit exoꝛcista disertissimus. et viuit ꝛ regnat per infinita seculoꝝ secula benedictus Amen.

Finis.

De credulitate demonibus adhibēda.

D Ominus noster Jesus christus dū in terra p̄dicaret: vsus est parabolis: exemplis: ꝛ rerū gestaꝝ casibus: ꝑut iuxta Gregoriū eisdē tempib⁹ fecerūt palestini. ꝛ cōiter nunc grecoꝝ ppl's. Dixit aūt dñs int̄ cetera de diuite epulone in inferno sepulto: ꝛ de sui seruoris dolore crudelissimo Lu. xvj. et nō recordor me legisse christum alibi dixisse tam signanter de talis cruciatus igne perpetuo. licet infiniti doctores ꝛ viri sanctissimi. similiter et iudei desuꝑ quoqꝫ ꝛ gentiles vt fuit Uirgilius. Job et Plato de quibus infra dicetur. descripserint huiusmodi tormentorū et tortorum qualitates. Sed (prout ait Grego. super Lucam in omelia nobis quottidiana) sic inquiēs Domin⁹ et saluator noster aliquādo verbis. aliqñ vero operib⁹ nos admonet. Ipsa eteni facta eius p̄cepta sunt. qꝛ dū aliquid tacitus facit: q̄d agere debeam⁹ innotescit. Et in alio loco scribitur Christi actio: nostra est instructio. Et igit̄ idē Greg. talē ritum tenuit dū librū dyalogoꝝ ad frēm Petꝝ descripsit. Et nunc talē describam⁹ casum nouissimis dieb⁹ in veritate pactū. Quidā hō de plebeis ꝛ mechanicꝭ ꝛ ꝓgenie paupcula ꝓcreatus in sue iuuētutis tp̄e ꝓpria sagacitate ꝛ ambitiōis increate natural'inclinatiōe. vehemēter ditatus dilatatus ꝛ impinguatus: ꝛ omni tp̄ali felicitate sublimatus. ꝛ inter potentiores vniuersitatis sue fuit habitus ꝯtentus ꝛ reputatus. ꝛ intantū ꝙ ppl'us in ip̄m ꝓspiciebat: ip̄m obseruabat. ꝛ tanqꝫ maiorē inter eos p̄ferre studebat. Hinc etiā p̄lati: doctores ꝛ clerici plures ipsius adiutorio promoueri sperabant. similiter ꝛ ipsius odio persecuti: terribiliter timebant. Et dū in honore esset nō intellexit. sed cōparatus est iumētis insipiētib⁹ ꝛ silis factus ē illis. quoniā iumentali more de anno dñi. M. ccccliiij. sine discretiōe vitam finiuit. quia nō sapuit: nec intellexit nec nouissima prouidit: quē nihilo minꝰ pomposa populoꝝ curiositas. exequiorū concursu tumultuoso sepeliuit. Juxta illud. Dum moritur diues: concurrūt vndiqꝫ ciues. Dum pauper morit̄ vix vnus adesse videtur. Hinc anno sequenti: quidam homo demoniacus: id est a demone possessus: et ab ipso miserabil'r cruciatus. quadam hora quietatus dedit diuersa responsionis relationis quoqꝫ verba petentibus. ꝛ inter alia requisitus vbi maneret anima illius iam p̄nominati defuncti. ꝛ demon in hec verba vl' in effectu similia. In inferno ait est propria sede locatus. de q̄ responsione ꝛ aliis: homīes circūstantes in eccl'ia ibidem fuerūt ꝑterriti. imo cōmunitas fuit ꝑturbata ratiōe talis edicti. ꝛ hinc homo iste erat liberat⁹. Ex hoc igitur themate tres oriuntur questiones.

Primo vtrum demoni in hoc casu sit credendum.

Scd̄o vtꝝ sine demōis relatiōe: hic diues sit tanqꝫ dānat⁹ ꝑ hoīes iudicād⁹.

Tertio vtrum ꝓ tali defuncto sint orōnes ꝛ alia pietatis opa facienda.

Ad primam questionem videtur dicendum ꝙ huic demoni nullo mō sit credendū: quoniā mendax est et ꝑ mendaciū p̄mos parentes decepit. et frequenter legimus in vitispatꝝ ꝙ dyabolus ad ipsos veniebat et ꝑ mēdatiū m'ltos decipiebat aut decipe sagaciter attemptabat. inter q̄s etiā fuit magnus Anthonius. ꝛ sic simil'r veniebat ad christum. ꝛ ꝑ mendaces ꝓmissiones ip̄m temptabat i finē ꝙ ip̄m adorare debebat Math. iiij. Et igit̄ in his q̄ cūctꝭ

mortalib⁹ sunt incognita: qd̄ mitius ꝛ certius tenere debemus. vt le. ꝛ no. in. c. Juuenis. de spon. ꝛ in. c. Estote. de re iudi. Et igiꝛ his ꝛ alijs demonū relatio nibus nō credam⁹: nisi fortiores ꝓbatiōis attestatiōes videam⁹. Nam scriptū est. Nolite credere omni spiritui: sed ꝓbate vtrū ex deo sint. j. Johā. iiij. Et qui cito credit leuis est corde. Ecci. xix. Ad hoc facit dictū sancti Tho. in. sum. ar. iiij. introducēs illud Deuꝛ. xviij. Nō inueniaꝛ in te qui ariolos suscitet nec phi tones consulat. hui⁹ duplex causa est. Prima qꝛ inuocatio demonū fit ꝑ pactū expressum cū demone. ꝛ hoc est oīno illicitū. Vñ de talib⁹ scribitur ꝛ intelligiꝛ illud Esa. xxviij. Dixistis ꝑcussim⁹ fedus cum morte: ꝛ cū inferno fecim⁹ pactū et adhuc graui⁹ esset si sacrificiū vel reuerentia demoni inuocato exhiberetur. Secunda causa ꝓpter periculū seq̄ns. demon em̄ qui intendit hoīem decipere ex hmōi suis responsis. etiam si aliquādo vera dicat: intendit homines assue facere ad hoc ꝙ ei credaꝛ. et sic intēdit ꝑuertere in aliq̄d quod sit saluti huma ne ꝯtrariū: ꝛ vltra infert. Unde Athanasius exponēs illd̄ Luc. iiij. vbi legitur ꝙ Jesus increpauit illū videlicꝫ demonē. dicens: obmutesce. Dic̄ q̄uis igitur vera fateꝛ demon. cōpescebat tñ christus eius sermonē ne simul cū ꝟitate etiā suam iniq̄tatē ꝓmulget vt nos etiā assuefaciat ne curem⁹ de talibus. et si vera loqui videantur. nephas est eni vt cū assit nobis scriptura diuina: a dyabolo in struamur. Hec ille. Vñ Crisꝛ. sup. xxj. c. Math. Concessuꝫ est dyabolo interdū vera dicere vt mendaciū palleat aliq̄ veritate.

